



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs  
missis**

**Venetijs, 27. Okt. 1501**

Missa pro sponso [et] sponsa. Jntroi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70304](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70304)

**I**n nomine domini no-  
stri iesu xpi accipe hanc  
sportam ⁊ habitum peregrina-  
tionis tue: vt bene castiga-  
tus ⁊ sanatus: atq; emunda-  
tus: peruenire merearis ad sa-  
ctorum limina quo pergere  
cupis vt pacto itineris ad nos  
incolumis: ⁊ alacriter reuer-  
ti merearis. *Per. Benedi-*

**A**ccipe huc *ctio baculi*  
baculuz ad sustentatio-  
nem itineris vie peregrina-  
tionis tue: vt vincere valeas  
omnes inimicos: ⁊ securus  
puenire possis ad limina tua  
sanctorum: vt peracto obedi-  
entie cursu: ad nos reuertar-  
cum gaudio. *Per. Benedi-*

**O**mine *ctio vestium.*  
Deus bonarum virtu-  
rum dator: ⁊ omnium benedi-  
ctionum largus infusor tibi  
subnixius dprecamur vt hac  
vestem bene *dicere ⁊ san-*  
*cti* *ficare digneris: ⁊ hac*  
indutus famulus tuus. *M. sa-*  
lutem anime: ⁊ corporis reg-  
em acquirere possit. *In no-*  
mine pa *tris ⁊ filij. Missa*

*pro sponso ⁊ sponfa. Introi.*  
**D**eus israel coniugat  
vos ⁊ ipse sit vobis-  
cum qui misertus est  
duob; vniciis: ⁊ nunc  
domine *fac* eos plenius benedi-

cere te. *Beati* omnes qui ti-  
ment dominum: qui ambulant  
in vijs eius. *Gloria. Oratio.*

**D**eus qui tam excellen-  
ti mysterio conjugales  
copulam consecrasti: vt chri-  
sti ⁊ ecclesie sacramentum p-  
signares in federenuptiaru:  
presta quesumus: vt quod no-  
stro ministras officio: tua be-  
nedictione potius impleatur  
*Per. Epistola ad corinthios*

**R**atres: *Nesci. j. ca. vi.*  
Ratis quoniam corpora ve-  
stra membra sunt xpi: tollens  
ergo membra christi faciam  
membra meretricis? Absit. An  
nescitis quonia qui adheret  
meretrici vnum corpus effi-  
citur. Erunt inquit duo i car-  
ne vna. Qui autem adheret  
domino: vnus spūs est cū eo.  
Fugite fornicationem. Om-  
ne peccatum quodcūq; fece-  
rit homo extra corp<sup>o</sup> ē. Qui  
autem fornicatur: in corp<sup>o</sup> su-  
um peccat. An nescitis quoni-  
am membra vestra templum  
sunt spūs sancti: qui in vobis  
est quem habetis a deo: ⁊ nō  
estis vestri. Empti enim estis  
precio magno: glorificate ⁊  
portate deum in corpore ve-  
stro. *Grad.* Uxor tua sicut vitis  
abundans in lateribus domus  
tue. *⁊ Filij tui sicut nouelle oli*



narū in circuitu mēse tue. **A**lta  
**A**littat vobis dominus auxi  
 lium de sancto: et de syō tueatur  
 vos. **Sedm matheum. xix. c.**

**I**n illo tempore: Acces  
 serunt ad iesuz pharisei  
 tentantes eum: et dicentes. Si  
 licet homini dimittere vxorē  
 suam quacūq; ex causa? Qui  
 respondens ait eis. Non legi  
 stis: qz qui fecit hominem ab  
 initio: masculum et feminam  
 fecit eos. Et dixit: Propter  
 hoc relinquet homo patrem  
 et matrem et adheret vxori  
 sue: et erunt duo in carne vna  
 Ita qz tam non sunt duo: sed  
 vna caro. Quos ergo deo con  
 iunxit: homo nō separet. **Of**

**ferto.** In te speravi domine di  
 xi tu es deus meus in manibus

**S**tuis tempora mea. **Sect.**  
 Tunc quēsum? domi  
 ne pro sacra cōnubij lege mu  
 nus oblatum: et cuius largi  
 tor es munus? esto dispositoz.

**Ver.** **Anteq; dicatur** Pax  
 domini. **dicatur hec benedi**

**P**ropiti **ctio super eos.**  
 Proptiā domine supplica  
 tionib; nostris: et iustificatio  
 nibus tuis: quibus propaga  
 tionem humani generis ordi  
 nasti benignus assiste: vt qd  
 te auctore iungitur: te auxili  
 ante seruetur. **Ver.** **Oratio.**

**D**eus qui potestate vir  
 tutis tue de nihilo cun  
 cta fecisti: qui dispositis vni  
 uersitat; exordijs: homini ad  
 imaginem dei facto: ideo inse  
 parabile mulieris adiutorij  
 condidisti: vt femineo corpo  
 ri de virgini dares carne princi  
 pium: docēs quod denuo pla  
 cuisset institui: nunq; liceret

**D**isungi. **Ver.** **Oratio**  
**D**eus per quem mulier  
 iungitur viro et societas prin  
 cipaliter ordinata ea bene  
 dictione dotatur: que nec so  
 la per originalis peccati pe  
 nam: nec per diluuij est abla  
 ta sententia. **Sup spōsā ozo.**

**R**espice propiti; super  
 hanc famulam tuam: q  
 maritali iungenda consortio  
 tua se expetit protectione mu  
 niri: sit in ea iuguz dilectiōis  
 et pacis: fidelis et casta nubat  
 in christo imitatrix q; sancta  
 rum permageat feminarum:  
 sit amabil' vt rachel viro suo:  
 sapiens vt rebecca: longeuat  
 fidelis vt sara: nihil in ea ex  
 actibus suis ille auctor pre  
 uaricationis vsurpet nexa fi  
 dei: mandatisq; permaneat  
 vni thoro iuncta: et tactus il  
 licitos fugiat: munit infirmi  
 tatem suam roboze discipline  
 sit vere cūdia grauis: pudore

## Benedictio

venerabilis: doctrinis celestibus erudita: sit secunda in sobole: sit probata et innocens et ad beatorum requies atque ad celestia regna perueniat. **Sup**

**E**t videant **vtrosque Dno**ambo filios filiorum suorum: usque ad tertiam et quartam generationem: et ad optatam perueniant senectutem. **Per.**

**Hic dicitur:** Pax domini sit semper vobiscum. **Oratio.** Ecce sic benedicetur omnis homo qui timet dominum et videas filios filiorum tuorum pacem super israel. **Postcomu**

**Q**uesumus opus deus: in futura providentia tue pio favore comitare: et quod hos legitima societate connectis: longeva pietate custodi. **Per.**

**Benedictio super virosque.** **D**eus abraham: et deus ysaac et deus iacob: sit vobiscum: et ipse impleat benedictionem suam in vobis: et videatis filios filiorum vestrorum usque in tertiam et quartam generationem: et postea vitam eternam habebitis sine fine: adiuvante domino nostro iesu christo: qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat deus: per omnia secula seculorum. **Re Amen.** **Ad induendum puerum sive puellam habitum pro voto seu pro devotione.** **Oratio.** Ad futurum nostrum in nomine domini

**Qui fecit celum et terram.** **Oratio.** Domine exaudi orationem meam. **Re**

Et clamor meus ad te veniat. **Oratio.** Dominus vobiscum. **Re** Et cum spiritu tuo.

**O** Domine iesu christe **Dio.** Qui pro nostra salute suscipiens humanam naturam: de vestimento carnis induere dignatus es: benedictione sancta tua benedixisti. **Re** dic ista parvula vestimenta: que pro gratia tibi exsoluedis omni cum devotione sanctoque voto: ac veneratione beatissime marie: infans iste sive puella ista super se suscepturus est infunde in eum quod tua sanctam benedictionem: ut cum primum induerit hoc religioni simile vestimentum intercedente sancto. **Oratio.** descendat super eum gratia tua: que protegat illum vel illam ab omni malo mentis et corporis. **Qui vivit et regnat.** **Deinde aspergat vestimenta et illum sive illam: et adoleat incenso.** **Cum vero exiit eum vel eam dicat.** Eripiat dominus de corde tuo seculi pompas quibus abbreviasti: dum baptismum suscipis. **Oratio.** Eripe me domine ab homine malo a viro iniquo eripe me. Eripe me a inimicis meis deus meus. et ab insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem: et de viris sanguinum salva me. Gloria sicut. **Postea iduat eum capis**

et scapulari aucto cingat et di-  
 cat añ. **I**mmittat in te dominus  
 sanctum religionis amorem; sa-  
 ctoque seruire succedatis et arde-  
 as celestium honorum desiderio.  
**Ps** Laudate pue. **rc.** Gloria.  
**Postmodum cingat eum vel eas**  
**dicendo añ.** Precingat dominus  
 te zona iusticie et immaculata con-  
 serues omnia mandata sua. **Ps.**  
 Laudate dominum in sanctis eius:  
 laudate eum in firmamento  
 virtutis eius. **rc.** **Deinde det**  
**ei cadela accensam et dicat. Ps.**  
 Domine exaudi orationes meas.  
**Et clamor meus ad te veniat**  
**Ps** Dominus vobiscum. **Et cum.**  
**O**mine iesu xpe **Dio.**  
 Lux vera de vero lumine  
 que clementiam tuam: ut per  
 intercessionem beatissimi. **M.**  
 mentem paruuli huius illu-  
 mines: ut cum ad annos discre-  
 tionis aduenerit: sancto tibi  
 animo corporeque deseruiat.  
**Qui uiuit. Postea benedi-**  
**cat puerum vel puellas: offer-**  
**rendo eum vel eam super al-**  
**tari: ac dicendo.** Confirmade  
 us in puerum: **sue** in puella quod  
 in eo operare cepisti: a templo  
 sancto tuo deducat eum spiri-  
 tus tuus bonus in terram re-  
 ctam: et bene **I**dictio tua sit  
 super eum semper. **Dei** **de red-**  
**dat illum vel illas parentibus**

et conuersus ad omnes circū-  
 stantes dicat. **Bene I**dicat  
 vos diuina maiestas pater et  
 filius et spiritus sanctus. **Ps** Amen.  
**Ad exuendum puerum siue**  
**puellam post annum: cum por-**  
**tauerit habitum pro voto: seu**  
**pro deuotione. Ps** Adiutorium  
 nostrum. **Qui** fecit. **Ps** Domine exau-  
 di. **Et** clamor. **Ps** Dominus vobis-  
 cum. **Et** cum. **O**ratio.  
**O**mine sancte pater om-  
 nipotens eterne deus: a quo de-  
 scendit omne bonum: et om-  
 ne donum tibi gratias referi-  
 mus: et expleta vota reddimus  
 suscipe vota nostra cum actio-  
 nibus gratiarum: et interce-  
 dente beatissima uirgine ma-  
 ria: sanctoque. **M.** huic infanti  
**sue** puelle de cetero presta sa-  
 lutez mentis et corporis: ut te  
 creatorem recta fide colat: in-  
 te redemptore spem suam con-  
 firmet: teque summum bonum su-  
 per omnia diligat: atque sanctis  
 mandatis tuis semper obedi-  
 at. **Ps** **Deinde illum habi-**  
**tum exuendo dicat añ.** Reddi-  
 te vota uestra deo cum actioni-  
 bus gratiarum. **Ps** Laudate do-  
 minum omnes gentes. **totus**  
**Gloria. Deinde ponat habitum**  
**sup altari et dicat. Ps** Domine exau-  
 di. **Et** clamor. **Ps** Dominus vobis-  
 cum. **Et** cum spiritu. **O**ratio.

**Benedictiones in pascha**

**S**uscipe sancte pater omnipotens eterne deus: vota precesque supplicum: et per intercessionem beatissime virginis marie sanctique. **M.** presta nobis ita beneficia cognoscere: ut in gratiarum actione semper maneamus. **Per. Do.** **Ita se vertat ad circumstantes eosque benedicendo dicat.**  
**Benedicat vos diuina matris pa-** ter et filii et spiritus sanctus. **R.** Amen.  
**Benedictio agni pascha**  
**Adiuutorium nostrum.** Qui fecit celum et terram. **Domine** vobiscum. **R.** Et cum. **Et dicatur ante omnes benedictiones**  
**O** Deus qui per famulum tuum moysen in liberationem populi tui de egypto agnum occidi iussisti in similitudinem domini nostri iesu christi: et utrosque populos domorum de sanguine huius agni perungi precepisti ita benedicere et sanctificare digneris hanc creaturam carnis: quam nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus per resurrectionem domini nostri iesu christi. Qui tecum. **vi. Benedictio**  
**O** carni ouium vel auium  
Ignare domine deus omnipotens: benedicere:

et sanctificare has oues: siue auium carnes: ut quicumque ex populis tuis fideliter de eis comederint: omni benedictione cum gratia saturati repleantur bonis. Qui tecum. **vi. Benedictio casei et ouorum**  
**Adiuutorium nostrum in nomine domini.** **Oratio.**  
**O** Deus creator et conseruator generis humani dator gratie spiritualis: largitor eterne salutis domine effunde benedictionem tuam super hanc creaturam casei: et ouorum: ut armata celesti defensione quicumque ex eis gustauerit: sibi proficiat ad eternam salutem. **Per do. Benedictio panis.**  
**Adiuutorium nostrum in nomine domini.** **Qui fecit celum.** **Oratio.**  
**O** domine sancte pater omnipotens eterne deus: benedicere digneris hunc panem: tua sancta spirituali benedictione: ut sit omnibus summentibus salus mentis et corporis atque contra omnes morbos: et vniuersas inimicorum insidias tutamen. **Per dominum nostrum iesum christum filium tuum: panem qui de celo descendit: et dat vitam et salutem mundo: et tecum vivit et regnat deus: per omnia secula seculorum.** **R.** Amen. **Bene**

**dictio loci vel domus oratio.**

**B**ene **A**dic domine de<sup>9</sup>  
omnipotens locum istu  
vel domum istam: vt sit in eo  
vel in ea sanitas: castitas: vi  
etoria: virtus: humilitas: bo  
nitas: z mansuetudo: plenu  
do legis z gratiaru<sup>3</sup> actio do  
patri: z filio: z spiritui sancto:  
z benedictio maneat sup huc  
locum **ve**l super hanc domu:  
z super habitantes in eo **ve**  
in ea. **Per christum domini**  
nostru<sup>3</sup>. **Benedictio ad que**

**B**ene **A**dic domie crea  
turam istam. **III. vel III. vt sit**

remediuz salutare generi hu  
mano: z presta per inuocatio  
nem tui sancti nominis: vt q  
cuq; ex ea sumperint: vl gu  
stauerint: corporis sanitatem:  
z anime tutelam accipiant.

**Per. Benedictio nouorum**

**B**ene **A**dic domine huc fru  
ctum nouum arborum vt hi

qui vtuntur eo: sint mente z  
corpore sanitati restituti. **per.**  
**Benedictio vne vel huius oro.**

**B**ene **A**dic domine hos  
fructus nouos vne **huc**

ficiuz: que tu domine per ro  
rem celi z inundantiam plu  
uiarum: z tempora serena at  
q; tranquilla ad maturitatez

producere dignatus es: ad p  
cipiendum nobiscum gratia  
rum actionem. **Benedictio**

**S**ubue **ouorum. Oratio.**

**S**inat quesumus domine  
tue benedictionis gratia hu  
ic ouorum creature: de q pul  
los gallinarum procreare di  
gnatus es: vt cibus salubris fi  
at fidelibus tuis in tuaz gra  
tiarum actione sumentibus.

**Per christum. De modo re  
cipiendi pizoberas seu cla  
midatas cuiuscunq; ordinis.**

**Benedictio corrigie pellicee  
vl chorde. Prior vl guardia**

**I**n nomi nus dicat.

**I**ne domini nostri ie  
su christi benedicti  
ac virginis glorio

se marie patrisq; nostri. **III. to  
tiusq; curie triumphantis. R**

**A**diutorium nostrum. **Q**uis  
fecit celum z terram. **D**omi  
ne exaudi orationem meam.

**E**t clamor meus ad te veniat. **R**  
Dominus vobiscum. **R** Et cur

**U**spu tuo. **Oratio. Dio.**

**O**mnipotens sempiter  
ne z misericors deus: qui pie  
tatis tue misericordiam pec  
catoribus querentibus venia  
z misericordia tribuisti. **O**ra  
mus immensam clementiam  
tuam: vt has corrigias pelli  
ceas vl chordas bene **A**ice

3